

adhuc abraham. ut que pfecta sit electa. **XXIX** *scilicet mortui. qd agunt diu.*
 Expectat & isaac & iacob. & omnes prophete
 expectant nos. ut nobiscum pfecta beattu-
 dine capiant. ppter hoc etiam misterium
 illud multum diem dilati iudicii custo-
 ditur. Unum enim corpus est. quod iustifi-
 cari expectatur. Unum est corpus. quod
 resurgere debet in iudicio. Licet enim sint
 multa membra. sed unum corpus. non po-
 test oculis dicere manui. non est mihi
 necessaria. etiam si sanus sit oculus. & non
 sit turbatus. quantum primum ad iudicium si
 desunt reliqua membra. que erit oculo
 leticia. aut que uidebitur esse pfectio.
 si manus habeat. si pedes desint. aut reli-
 qua membra non assint. Quia & si est
 pedalis aliqua oculi gloria. in eo maxime est.
 ut uel ipse dux sit corporis. uel ceterorum
 membrorum non deferatur officium. Hoc

Ecce Autem nos & per illam ezechiel prophetam uisio
ppm ne doceri puto. cum dicit congregandum esse
 os ad os. & uincula ad uincula. & neruos
 & uenas. & pelle ad singula locis suis esse
 reparanda. Denique uide quid addidit
 propheta. ossa inquit ista. non dixit omnes
 homines sunt. sed dixit ossa ista domus
 israhel sunt. Habebis ergo leticiam de hac
 uita discedens si fueris scis. sed tunc erit
 plena leticia. cum nullum tibi membrum
 corporis deest. Expectabis enim & tu
 alios. sicut ipse expectatus es. Quod si
 tibi qui membrum est non uidetur esse
 pfecta leticia si desit aliud membrum.
 quanto magis dominus & saluator noster. qui caput est
 totius corporis. non sibi pfecta ducit
 esse leticiam. donec aliquid & membrum
 deest corpori suo uideat. Verum possunt

Fatendum est ut ait beatissimus au-
 gustinus. nescire quidem mortuos
 quid hic agatur. diuinitus. sed dum hic
 agitur. postea uidebunt possint ab
 eis. qui hinc ad eos moriendo per-
 gunt. non quidem omnia. sed que
 sinuntur indicare. qui sinuntur
 etiam ista meminisse. & que illos
 quibus hec indicant oportet au-
 dire. Possunt & ab angelis quibus
 que aguntur hic prelo sunt au-
 dire aliquid mortui. quod unum
 quemque illorum audire debere
 iudicat. cui cuncta subiecta sunt.
 Huius enim essent angeli qui possunt
 inter esse & uiuorum & mortuorum
 locis. non dixisse dominus ihesus. Contigit
 autem mori inopem illum. & affertur
 ab angelis in sinum abrahe. Possunt
 etiam spiritus mortuorum aliqua que hic
 aguntur que necessarium est eos
 nosse. & quos necessarium est ea
 nosse. non solum presentia uel pre-
 terita. uerum etiam futura spiritu di-
 reuelante cognoscere. sicut non
 omnes homines sed prophete. dum
 hic uiuerent cognoscebant. nec
 ipsi omnia. sed que illis esse reue-
 landa diuina prudentia iudicabat.

Verum possunt mortui uiuentium oculis
 uisibili apparere & si hoc crediderit
Ex hoc predictus doctor sic ait.
 mitti ad uiuos aliquos ex mortuis.
 sicut e contrario paulus ex uiuis
 in paradysum raptus est. diuina
 scriptura testatur. Nam samuel

Luc. xvi

1 Cor. xvi

Hamburg UB.

Jacobi 1

fol. 43^r

fuisse leguntur israelitica uestimenta. quia
quoniam in quadraginta annos diuina uolunta
te seruata sunt. tam solita uetustate consue
ta sunt. nec quia fuerunt in quibus; moyses
& helias in monte cum domino. uel sancti angeli uisi
sunt. quos & ipsa in nihilum de quo erant per
tempore sumpta soluta sunt. sed forte
taliter erunt. qualibus dominus resurgens uestitus
apparuit. si tamen & illa non fuerunt ad tempus.
propter uisum humanos adsumpta sed propria. quoniam
si ibi erunt. quocumque; ut qualia cumque; fue
runt. spiritalium corporum spiritalia erunt. ac sic
& si nudi non erunt. tamen spiritaliter carnalibus;
non egebunt. Hec siquidem iulianus pome
rius; ceterum plurimorum doctorum euidenter
diffinitio. iuxta quod & clara preceptoris
nostri sententia contestatur. hoc asseruit. quod
nulla future glorie resurrectionis. ubi nul
la corporibus; scilicet deformitas. nulla quoque; dolor
aut laboris erit aduersitas. non sit quoque;
regiminum necessarius usus. quibus; erit omnia.
& in omnibus; christe. De abortiuis infantibus;

& quia ex quo incipit homo uiuere
in utero matris. & tunc pertineat ad

Si potest certum haberi. resurrectione.
quando incipiat homo in matris utero
uiuere. ex tunc ueraciter diffiniri po
test. quod & mori utique; potuisset & sicque; eum
qui uitam habuit & mori potuit. resurrec
tionis tempore reparari. Nam beatus au
gustinus hanc questionem non tam differens
quam proponens. inter cetera sic ait. Ex quo
incipit homo uiuere. ex illo utique; mori
potest. Mortuus uero ubique; illi mors po
tuit euenire. quomodo ad resurrectionem
non pertineat mortuorum. reperire non possumus.
Iulianus quoque; pomerius ait. Sane illi

qui percipiuntur ex utero resurrec
turi sunt si uixerint. non iudicandi
sed puniendi. quia cum essent ad ac
ceptionem dampnationis percipiuntur. non sunt super
dampnationis nexibus; absoluti. Et ta
men siue in utero. siue iam natiuitate
perueniunt infantes. in ea resurrectu
ri creduntur etate. ad quam profecto
essent si uiuerent annis precedentibus;
perueniunt. quia si natura resurrec
tionis reparauit. aliquid de esse pleni
tudini nature non poterit. Qualiter
resurgant quod cum maiore. ut minore
membris numero. ut de eorum duobus; cor
poribus; & uno capite tota altero
monstruoso genere nasci dicuntur.
uel nati perhibentur &c.

De hac questione. ita beatissimus
augustinus eloquitur. Neque enim
aut monstra que nascuntur &
uiuunt. quoniam libere cito moriantur.
aut resurreutura negabuntur.
aut ita resurreutura credenda sunt.
ac non potius correcte emendataque;
natura. Absit enim ut illi bimen
bris qui nuper natus est moriente. de
quo fratres fidelissimi quod eum uide
runt reuulerunt. & sancte memorie
hieronymus presbyter scriptum reliquit.
Absit inquam ut unum hominem dupli
cem. ac non potius quod futurum fue
rat si gemini nascerentur. resur
recturos existimemus. Ita cetera
que singuli quique; partus. ut am
plius. ut minus aliquid habendo.
ut quadam nimia deformitate mons
tra dicuntur. ad humane nature

Humbly AB.

Jan 1,

for 51st